



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina & Generaliora

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Plurimi nunquam vt oportet sunt confessi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

desunt perit ria, mendacia, veſtigalium fraudu-
lenta auerſio, aliaque eius ordinis permulta.

Plerique epifcopes feſtis æque, ac profanis die-
bus ita occupantur, vt nunquam neq. cultui di-
uino vacent, neque conciones frequentent, nec
ſe ſolum, ſed ad ſimilem modum totam diſten-
tam familiam habeant.

Quam ob rem magno numero inueniet Con-
feſſarius inter eos, qui talia exercent, omnem
vitam ferè in peccatis mortalibus duxiſſe, qui
quidem abſolutionis capaces exiſtimari non
debent, niſi diligentia prius accedat, qua ſimul
& ab inuolucris huiusmodi liberentur, & fortio-
res contra peccatum reddantur.

Plurimi nunquam vt oportet ſunt confeſſi.

Quòd ſi Confeſſarius poſuerit maiorem in-
duſtriam in ijs examinandis, non dubium eſt,
quin plures deprehendet, qui nunquam, vt oportet
Sacramento Pœnitentiæ peccata ſua expia-
rint. quod cum fuerit ab eo animaduerſum, o-
ſtendat eis præterquam, quod de emendatione
maiorem probationem facere debebunt, vel o-
pificij genus in quo ſunt, deſerere, etiam totius
vitæ confeſſionem inſtituere, ac ſtudio vehe-
menti in ſalutem ſuam incumbere tenebuntur.

Officia quæ relinquenda pœnitenti.

Multò magis Confeſſarius circa ea officio-
rum, actionumque diſcrimina extirpanda adla-
borare debet, quæ nullam vel neceſſitatem Rei-
pub. vel vtilitatem ſecum ferunt; quæ quamuis
ex priori ordine rerum non ſit (illæ enim per ſe
ad peccatum mortale inducunt, ac propterea
neceſſario à quouis homine quocumque in ſta-
tu re-

tu re-